

tur, non ut donet, & perdat. Simoncell. de decret. lib. 3, tit. 8, inspect. 16, num. 117, Joan. Baron. de effect. minor. etat. 3, n. 109, & comprobatur Author hic num. 22, & 23. Unde in hoc lapsus est Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2, tit. 1, qu. 48, num. 43, dum dixit favore minoris pecuniam pro immobili reputandam, & adducit Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 5, qui tamen ibi num. 116, connumerat pecuniam inter ea, quæ servando servari possunt.

Inter cæteras autem limitationes ad præcedentem regulam præcipua est, ut non procedat in pecunia ꝑ ad emptionem prædiorum destinata, aut in Banchis deposita, de qua sine decreto disponi nequit, Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 5, nu. 317, Ciardin. contr. 161, num. 107, & seqq. Spad. conf. 123, n. 10, & 11, lib. 2, ubi idem in pecunia magnæ quantitatis, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2, tit. 1, qu. 48, nu. 32, Thomas de iur. & curat. tit. 19, n. 3033, fol. 782, alios cumulat Franc. Baron. de effect. minor. etat. 3, n. 135, Merlin. decis. 792, nu. 21, & 22. Non per hoc tamen pecunia verè dicitur quid immobile, Fenzone. ad statut. urb. cap. 133, nu. 10, & post alios dixi allegat. 97, num. 6, lib. 3.

Quoad molendina minorum res distinctione componitur, aut enim solo fixa existunt, & absque solemnitatibus ꝑ alienari nequeunt ex cumulatis per Franc. Baron. de effect. minor. etat. 3, nu. 263, aut ad instar navis in flumine seu aqua fluctuant, & neglectis solemnitatibus distrahantur, ut post alios subjungit Franc. Baron. de effect. minor. etat. 3, n. 271, ubi errore impressoris allegatur Gratian. discept. 364, Auctor hic n. 25, ubi pariter malè allegatur Gratian. discept. 544, cum allegari debuisset discept. 564.

Pecuniam contineri sub legato mobilium nisi hæredes probaverint defuncti ꝑ contrariam voluntatem respondit I. C. in l. prædia 27, §. libero, ff. de fund. instr. Rot. in Firmana pensionis 19, Junii 1644, coram Celso, & in Cutachen. legati 7, Junii 1652, coram Cerro.

CAPUT LXIV.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesie bona adhuc non incorporata sine solemnitatibus alienari possunt; Amplia ut num. 3. Sed restringe ut num. 4. Tempera ut num. 5. & num. 16.
- 2 Transactio inita super re Ecclesiastica in controversiam deducta absque solemnitatibus quando valeat. Inter duas Ecclesias solemnitates requiritur num. 6.
- 7 Alienationi rei Ecclesiasticæ ob nullitatem competit recuperatio cum fructibus.
- 8 Reclor Ecclesie qui alienationem fecit sine solemnitatibus rem Ecclesie recuperare potest.
- 9 Contractus favore Ecclesie claudicat.
- 10 Solemnitates in acquisitione factæ per Ecclesiam non requiruntur.
- 11 Contrahens cum Ecclesia nullitatem contractus allegare non potest.
- 12 Beneplacitum in alienatione rei Ecclesie non requiritur pro solemnitate, sed pro substantia. Ex lapsu triginta annorum alias præsumebatur juncta observantia num. 14. Sed hodie ex constitutione Pontificia dicta præsumptio cessat num. 15.

13 Censuræ super fundo Ecclesie nulliter constituitur si declaretur nullus, an exacti census sine restituendi.

Bona Ecclesie nondum incorporata, seu unita mensæ sine solemnitatibus ꝑ regulariter alienari possunt, Lap. allegat. 25, Spad. consil. 21, n. 49, lib. 1, Tondut. resolut. benefic. c. 137, nu. 1, part. 3, post Franc. decis. 14, nu. 16, infinitos cumulavi allegat. 14, n. 4, & allegat. 70, n. 30, & allegat. 119, n. 32, lib. 3. Ea propter transactio per Ecclesiam absque solemnitatibus ꝑ inita super re in controversiam deducta, & relicta penes possessorem sustinetur dixi post alios allegat. 14, n. 13, & 14, & allegat. 70, nu. 30, & dicta allegat. 119, n. 33, lib. 3. Nec quod contrarium contendat Rot. ut testantur Ferentill. ad Borat. decis. 690, in fine, Tondut. resolut. benefic. 137, n. 9, part. 3, Vivian. in prax. Juris patr. lib. 2, cap. 5, nu. 129, Mangil. de evict. qu. 142, n. 28, & seq. Sanfelice. decis. 280, nu. 3, 4, & per totum, Ciardin. contr. 8, nu. 65, post Gratian. discept. Forens. 846, nu. 11, & seqq. quicquam facit; omisso enim quod Tondut. resolut. benefic. 119, n. 4, part. 2, nobiscum concurrat, cæteri autem Doctores præsupponunt transactionem fieri super re Ecclesie, de quo tamen valde dubitabatur, dum præcipue res penes adversarium reperiretur: quare cum pro ratione adducant id, quod est in quæstione, nimirum an jus aliquod Ecclesie competat in proprietate in transactionem deducta, tanquam principium petentes attendi non debent, Fontanell. decis. 305, n. 5, dixi allegat. 18, n. 76, fol. 331, lib. 1, ultra quod Mangil. de evict. q. 143, à n. 17, ad 22, Mordicus nostram opinionem defendit Gratian. discept. 846, n. 11, & seqq. & Ciardin. d. contr. 8, nu. 65, præcisè loquuntur in eo, qui ante transactionem & causam erat dominus, & dominium per transactionem transfuit. Ideo priorem sententiam exornat Franc. Baron. de effect. minor. etat. 9, nu. 21, Menoch. de arbit. cas. 171, nu. 76, Joseph. decis. Perus. 35, nu. 7, & pluribus comprobatur Fulg. de jur. emphyt. tit. de alienat. q. 1, sub num. 278, vers. Secundus casus ibi; videmus enim in Ecclesia. Rationem assignant, quia tali in casu transigere non est alienare, Franc. Baron. de effect. minor. etat. 9, nu. 21, Fulg. de emphyt. tit. de alienat. qu. 1, sub n. 278, vers. Secundus casus: ubi quod tunc transactio non sit alienatio. Mangil. de evict. qu. 143, sub n. 17, vers. Quia non dicitur alienare. Dian. part. 4, tract. 4, resolut. 223, vers. nota tercio. Nicol. in Lucubrat. lib. 2, tit. 1, nu. 26, limitat. 4, & 5, fol. 114, tom. 1, & lib. 1, tit. 36, sub nu. 3, §. 4, vers. Potest tamen tom. 2, fol. 77. Ulterius quia per dimissionem proprietatis vigore transactionis apud possidentem dominium aliquod non transfertur, Surd. consil. 418, n. 18, & sequentibus, Gomez. variar. resolut. tom. 2, cap. 2, sub n. 38, versic. Ratio vera, & subtilis est. Peregr. de fideicommiss. art. 40, sub n. 124, versic. Quia dimissio non operatur translationem dominii. Tiraquell. de retract. lignager. §. 1, gloss. 14, num. 62, in fine, Menoch. conf. 381, num. 2, Decian. conf. 54, sub num. 48, vers. An in transactione lib. 2, Dian. resolut. 223, vers. Nota tercio, part. 4, tract. 4, fol. 673, cum adductis per Franc. Baron. de effect. minor. etat. 9, num. 40, fol. 266, Faber. de error. pragmat. decad. 100, error. 10, vers. Quod autem in eadem sequitur fol. 972, Med. Larr. allegat. fiscal. 26, n. 41, Gratian. discept. 476, num. 14, quantumvis ipse num. 16, & seq. contra-

rium

Observationum de Alimentis Cap. LXIV.

riam innuere contendat contra rationem ab eo adductam & veriore sententiam. Hodiern. contr. 37, n. 26, ibi, quia is qui transigit non id agit, ut à transigente dominium acquirat, sed ut mediante pecunia suam redimat vexationem.

Bona Ecclesie alienari non posse sine solemnitatibus, etiam si ex alienatione ꝑ evidens Ecclesie resularet utilitas, proponit Auctor hic n. 1, & 2, ubi concordantes recenset cujus opinio præsupposita ejusdem Ecclesie clara, evidenti, & duratura utilitate non videtur subsistere, quia alias ejus favore inductum in odium retorqueretur. Ideoque alienationem rei Ecclesie in evidentem ꝑ ipsius utilitatem initam sustineri comprobant cumulati per Altograd. consil. 26, n. 42, lib. 1, Barbof. de univers. Jur. Eccles. lib. 3, cap. 30, n. 13, & 14, ea ratione quia alienatio prohibita in hac specie utilitatis manifestæ non censetur, sed potius ex mente prohibentis permittitur, Caren. resol. 70, n. 9, ubi quod si alienatio fiat ex causa, necessaria sufficiat, si adfit utilitas de tempore alienationis, si verò alienatio fiat ex causa non necessaria, utilitas debeat etiam toto tempore successivo adesse cum adductis per Dian. part. 1, tract. 8, resol. 77, vers. Secunda opinio. Merlin. decis. 701, n. 74, & seq. & decis. 710, n. 8, & seq. dixi allegat. 40, n. 8, lib. 2, & omnem in præmissis dubitandi ansam remouent notata per nos c. 63, §. verum prædicta. Georg. Mund. consil. 1, n. 51, & à n. 61, lib. 1, Genuef. in prat. tricen. 5, q. 136, ubi rationem reddit, quia solemnitas adhibetur ut liqueat de utilitate, de qua supponitur evidenter apparere. Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 72, sub n. 23, vers. An verò res Ecclesie, Sperell. decis. 154, nu. 84, 85, & 86, Rot. decis. 114, nu. 36, & seq. part. 9, tom. 1, recent. Ciardin. contr. 105, num. 48.

Non negamus tamen quin contraria opinio ꝑ tutor præexistat, Tondut. resolut. benefic. 137, n. 5, part. 3, Ciardin. contr. 8, n. 9, & contr. 105, n. 21, 24, & per totam, & plures cumulat contr. 183, nu. 17, seqq. ac per totam, & etiam præcitati Doctores admittunt, etiam si inter duas Ecclesias alienare, ꝑ aut transigere contingat; adhuc enim solemnitates requiruntur. Gratian. discept. 517, n. 9, Sperell. decis. 154, n. 22, Merlin. decis. 826, & decis. 849, Rot. decis. 277, n. 9, & seq. part. 4, tom. 2, & decis. 561, n. 7, part. 5, tom. 2, recent. Seraph. decis. 156, n. 2, & coram Eminentiissimo Otobob. decis. 220, n. 16, repetita apud Tondut. de Pens. decis. 1, & in Marfice. Jurisdictionis 18, Februarii 1647, §. nam & 11, Decembris ejusdem anni Bichio, & in Cracovien. decimarum 27, Martii 1651, §. neque subsistit Verospio, & in Comen. funeralium 16, Martii 1654, §. quia, & seq. Cerro, & in Toletana manutentionis 7, Februarii 1656, §. non obstat, vers. Quod procedit, Melio, & in Leodien. dominiorum 25, Junii 1649, §. quoniam alienatio, §. qua conclusio Eminentiissimo Corrado, & post tract. Post. de manut. decis. 518, n. 6, & 7, Ciardin. contr. 18, n. 29, Rot. apud Cenc. de cens. decis. 477, num. 3.

Ob nullitatem alienationis rei Ecclesiasticæ ex defectu solemnium competit recuperatio ꝑ rei alienatæ simul cum fructibus à die alienationis nulliter factæ perceptis, ut admonet Auctor hic n. 5, Surd. consil. 115, n. 31, & seq. decis. 45, n. 10, Mar. Antonin. resol. 5, sub n. 8, vers. Et rem alienatam lib. 1, cum adductis per Ciardin. contr. 105, n. 71, & contr. 183, n. 98, Rot. decis. 375, nu. 1, part. 5, recent. Et alienationem rei Ecclesie ipsemet Reclor qui illam fecit ꝑ impugnare potest, & rem alienatam recuperare, Ludovif. decis. 116, n. 1, cum ibi notatis per Beltrum nu. 4, & 5, Rot. decis. 226,

n. 13, & 14, & per totam, & decis. 291, n. 5, & seq. part. 6, & decis. 155, n. 1, part. 8, recent. Merlin. decis. 122, n. 5, & decis. 490, n. 11, & decis. 593, n. 3, Thomaf. decis. Macerat. 41, nu. 41, latè post alios Post. de manut. observat. 57, n. 102, Ciardin. contr. 8, n. 13, & dicta contr. 105, n. 27, 28, & 35, & dicta observ. 183, n. 23, & comprobatur Auctor hic n. 6, & 7, ubi subjungit, quod Ecclesia volente, & de nullitate ꝑ non dicente sustineatur contractus, aut alienatio sine debita Juris solemnitate inita, quam conclusionem præter hic congestos sequuntur adducti per Ciardin. contr. 18, nu. 36, & contr. 39, n. 46, Merlin. decis. 255, nu. 6, & 7, & decis. 764, n. 11, Rot. decis. 318, n. 39, part. 5, & decis. 82, n. 11, part. 6, & decis. 39, n. 56, & decis. 107, num. 13, & 14, part. 8, recent.

In acquisitionibus verò factis per Ecclesiam solemnitates ꝑ non requiri censuit Rot. post Post. de subhast. decis. 158, n. 18, & decis. 163, n. 10, & decis. 168, n. 3, & decis. 172, n. 1, & seq. ubi n. 12, & 13, quod licet obligatio contracta per Ecclesiam ejus bonorum generalis erga venditorem non indigeat solemnitate, ad subhastationem tamen deveniri nequeat, nisi obtento prius beneplacito Sedis Apostolicæ, quæ decisiones repetitæ habentur apud Royas decis. 161, decis. 205, decis. 230, & decis. 261, Arias de Mes, resol. 24, n. 22, lib. 3. Quo retento themate claudicationis contractus, ita ut sine solemnitatibus implicitum validitatis statum habeat, & volente Ecclesia sustineatur, contrahens ꝑ verò cum ipsa nullitatem allegare non valeat ex cumulatis per Rotam coram Merlin. decis. 264, n. 11, inde propterea fit, quod solemnitates, seu beneplacitum pro forma non requiratur, quemadmodum sustinere contendit Rota coram Merlin. dicta decis. 764, nu. 12, & decis. 775, nu. 19, & 20, ubi assignando discrimen inter contractum cum minore sine solemnitatibus gestum propter evidentissimam utilitatem adhuc, & contractum insolemne cum Ecclesia utiliter gestum adhuc insubsistentem, adducit quod in contractu minoris decretum Judicis requiratur pro solemnitate. Beneplacitum ꝑ verò in contracta Ecclesie desideretur pro forma, seu consensu domini. Ex quibus alterum de duobus sequeretur, vel quod ex substantiali formæ defectu etiam contrahens cum Ecclesia nullitatem contractus allegare posset, quia forma non servata actus in totum transtruit ad latissimè tradita post alios per Altograd. consil. 64, nu. 10, 11, 39, & seq. lib. 2, Georg. Mund. consil. 11, n. 11, & 12, lib. 1, & consil. 23, n. 41, & seq. & consil. 25, n. 9, & 10, lib. 2, Tondut. resol. civil. 82, n. 9, part. 1, Cenc. de cens. qu. 49, n. 15, & seq. Leoncill. de Ferrar. 18, nu. 12, Thomaf. decis. Macerat. 94, nu. 20, & seq. Hodiern. contr. 26, n. 2, & seq. Cyriac. contr. 62, n. 46, & seq. & contr. 278, n. 11, Merlin. decis. 746, n. 2, Rub. ad Rot. decis. 542, à n. 58, usque ad 70, part. 4, tom. 3, & decis. 81, nu. 46, & 47, part. 8, & decis. 331, n. 7, & 8, part. 9, tom. 2, recent. Vel quod supposita alienationis evidenti utilitate Ecclesia, non secus ac minores, contractui acquiescere obstringeretur.

Census super fundo Ecclesie nulliter sine solemnitatibus creatus per plures annos solutos ꝑ si postea declaretur nullus, declarationem hujusmodi non retrahi ad effectum revocandi census antea solutos contendit Auctor hic num. 8, & 9. Contrarium tamen verius præexistit, quia quoties titulus ad non titulum reducitur, census exacti una cum forte restitui debent, non à die declaratæ reductionis, sed qui fuerint percepti ab

K 4

ipso

ipso die quo titulus ille censetur reductus ad non titulum, Rot. decis. 693, n. 1, in fine, part. 1, & decis. 1, nu. 8, 9, & 10, part. 2, & decis. 141, nu. 17, part. 9, tom. 1, recent. repetita apud Royas decis. 191, cum adductis per Cenc. de cens. qu. 107, sub n. 21, vers. Attamen si talis, Rot. apud Salgad. in Labyrinth. credit. decis. 53, num. 15, & seq. Andr. Censal. decis. Lucen. 57, n. 30, Altograd. conf. 22, num. 1, & seq. lib. 2.

Triginta annorum ex lapsu cum observantia contractus initi cum Ecclesia + beneplacitum Sedis Apostolicæ olim præsumebatur, Rot. apud nos post primam allegat. nu. 16, & seq. fol. 44, & allegat. 5, n. 12, fol. 80, lib. 1, & allegat. 40, n. 3, lib. 2, infinitos cumulat Ciardin. contr. 39, n. 4, ubi quod non solum præsumatur beneplacitum: sed etiam utilitas alienationis, & n. 3, & contrav. 105, n. 100, & contrav. 183, n. 70, Merlin. decis. 184, n. 3, & decis. 506, n. 7, & decis. 638, n. 4, & decis. 702, n. 17, Rot. decis. 73, nu. 18, & seq. & decis. 155, nu. 6, & decis. 175, n. 16, & dec. 256, n. 1, & seq. part. 8, & decis. 114, n. 9, & latè decis. 175, n. 44, & seq. & decis. 217, n. 8, part. 9, tom. 1, & decis. 329, n. 25, & seq. part. 9, tom. 1, recent. & post Tondut. de pens. decis. 1, n. 9, & 10, repetita apud Cardinalem Othob. decis. 220, & decis. 159, n. 11, & 12, apud eundem Othob. & apud Salgad. in Labyrinth. cred. decis. 79, nu. 4, Sperell. decis. 179, nu. 51, & seq. latissimè Fulg. de emphyt. tit. de contract. emphyt. qu. 18, ex n. 2, Spad. consil. 6, nu. 12, & consil. 104, nu. 6, lib. 3, Hodie ex novissima constitutione + sanctæ memoriæ Urbani VIII. præsumptio prædicta beneplaciti sublata extitit, ut testatur Rota apud Tondut. de pens. decis. 67, n. 19, & inter impressas per Royas decis. 402, sub num. 7, vers. Tum quia dicta præsumptio, & decis. 444, sub n. 8, vers. Tum etiam quia, & dixi dicta allegat. 40, n. 18, lib. 2.

Cum limitatione ad regulam concludit Auctor hic n. 12, quod in casu necessitatis pro alendis pauperibus etiam exteris, + seu Monachis Ecclesiæ bona sine solemnitatibus alienari possint. Ciardin. controvers. 105, n. 9, n. 68, ubi tamen quod postea requiratur solemnitas, & contrav. 183, n. 7, & 55, ubi quod requiratur ratificatio cum solemnitate, Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 30, n. 12, Merlin. decis. 887, nu. 10, Nig. de Laudim. qu. 4, n. 25, tom. 2, Tondut. resolut. benefic. 137, n. 13, part. 3, Royas decis. 205, n. 16, & decis. 230, n. 2, repetita post tract. de subbas. decis. 103, & decis. 168, Leoncill. de privileg. pauper. 19, n. 2, 10, 13, & 14, part. 2.

CAPUT LXV.

SUMMARIUM.

- 1 Nemo pro debito alterius tenetur.
2 Actio personalis contra tertium non datur. Semel extincta non reviviscit nu. 4. Fallit favore dotis num. 5.
3 Filius pro patre tenetur ad alimenta.
6 Producent scripturam impugnativè eam non approbat; Scripturam eatenus dicitur fieri, quatenus scriptura probat, num. 7.

Neminem teneri, nec conveniri posse pro debito alterius + proponit Auctor hic n. 3, & 4, pro regula cum Juribus cumulatis per Georg. Mund. conf. 30, num. 82, lib. 2, Cyriac. contrav. 494, num. 11. Hinc actio personalis contra ter-

tium + non competit etiam obligatio contracta fuisset contemplatione rei, dixi allegat. 21, n. 9, fol. 355, lib. 1, & allegat. 19, n. 21, & allegat. 23, n. 5, & allegat. 68, n. 8, & allegat. 73, n. 16, lib. 3, Hodiern. contrav. 3, n. 12, seq. ac per tot. Joan. Franc. Andr. contrav. 240, n. 71, Georg. Mund. conf. 16, nu. 54, lib. 1, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 1, cap. 24, n. 111, & seq. & subjungit Auctor hic nu. 5, & 6, Caruf. in Sylv. termin. arb. 7, num. 1.

A qua quidem regula favore alimentorum receditur ita ut filius pro debito per patrem contracto causâ alendi familiam teneatur, + sic etiam uxor pro marito, & post relatos hic per Auctorem n. 10, comprobant Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, qu. 5, n. 14, & 15, Ripol. resolut. 10, n. 175. Contrariam opinionem quod scilicet non teneatur pro debito per maritum contracto pro habitatione, seu alimentis post alios sustinere contendit Joan. Franc. Andr. contrav. 267, nu. 4, & per totam, & tandem huic posteriori sententiæ post alios adhæret Auctor hic num. 12, & 13.

Semel extincta actio regulariter + non reviviscit, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 47, n. 21, & decis. 76, n. 1, Mart. Ventur. conf. 16, n. 18, Fontanell. de pact. nupt. claus. 5, part. 2, n. 91, Mangil. de evict. qu. 90, n. 5, Nig. de except. c. 15, §. 6, n. 1, Surd. decis. 51, n. 5, & decis. 163, n. 2, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 27, n. 52, & 53. In causâ tamen favorabili dotis + prædicta conclusio cessat, ex quo actiones jam extinctæ reviviscunt, Mart. Medic. dicta examinat. 47, n. 25, & 26, ubi extendit etiam ad donationem propter nuptias, & dicta decis. 76, nu. 3, cum adductis per Rotam in Astina fideicommissi 21, Junii 1655, §. nec relevat. Zarate, & §. pro qua veritate, ubi quod producent + scripturam impugnativè eam, seu ejus contenta approbare non censetur dixi post alios allegat. 10, & allegat. 100, nu. 15, lib. 2, Joan. Ant. ab Eccles. observ. 90, nu. 7, & num. 20, lib. 1, ubi quod producent + scripturam eatenus dicitur fieri, quatenus scriptura probat.

CAPUT LXVI.

SUMMARIUM.

- 1 Hypotheca uxori competens in bonis mariti pro sorte extenditur etiam ad alimenta; Competens pro alimentis seu fructibus dotis contra tertium exercetur num. 4. & 5. Pro alimentis debita filio à patre non competit numer. 13. Fallit ut numer. 14. Pro legatis generaliter competit numer. 15. Pro legato ad tempus non competit numer. 16. Pro alimentis datur contra prædium pro eis assignatum numer. 20. Fallit ut numer. 21. Datur pro pensione num. 25.
2 Alimenta debita ob moram à die moræ deberi incipiunt; sed vide num. 3.
6 Actio personalis datur filiis pro legitima. Fallit ut numer. 7.
8 Filii vivente patre nullum Jus pro legitima habent in ejus bonis.
9 Legitima ex lapsu triginta annorum præscribitur; Declara ut numer. 10.
11 Præscriptio de qua constat in actis à Judice attenditur; sed vide num. 12.
17 Legatum pro alimentis quoad debitorem dicitur perpetuum.
18 Salvianum competens pro legatis in perpetuum relictiis;

relictiis; Non datur in annuis ad certum tempus num. 19.

22 Alendi onus quando hæredes officiat.

23 Parentes erga filios etiam naturales & spurios tenentur ad alimenta. Amplia ut n. 24.

26 Filius à Patre exheredatus alimenta ab hæredibus non consequitur. Fallit ut n. 27.

Conclusio, quam firmat Auctor hic num. 1. quod nimirum hypotheca legalis uxori contracto in bonis mariti + pro forte, tam soluto, quam constante matrimonio, extendatur quoque ad alimenta, probabilem non videtur habere controversiam ad tradita per Cyriac. contr. 430, nu. 6, Galeott. contr. 21, n. 20, & seq. lib. 1. Palm. conf. 21, nu. 19, & Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3, tit. 1, q. 1, n. 5, & 20, & tit. 2, q. 51, n. 2, & seq. & post r. dec. 119, n. 21, 22, & 23, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 24, n. 93, Caren. resol. 18, n. 2, Surd. decis. 271, n. 2, & sub n. 11, vers. Et per hoc, ubi Hodiern. sub nu. 8, vers. In quo adest. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 48, n. 5, & per totam. Merlin. Pignatell. contrav. 61, n. 9, & 10, lib. 1, hanc tamen conclusionem conatur ibidem nu. 11. impugnare A Cost. de privileg. credit. regul. 3, ampl. 3, nu. 13, & seq. Arias de Mes, var. resolut. lib. 2, cap. 30, nu. 17, Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, n. 170, & seq. Rot. decis. 383, n. 12, part. 5, & decis. 398, p. 9, tom. 2, recent. ubi quod in judicando ab hac opinione non sit recedendum, & in Romana fideicommissi 7, Junii 1652, §. quoad fructus coram Zarate.

Quæ quidem alimenta dotis vel debita ex dispositione Juris ob moram pro ipsis anterioritas + è die moræ tantum incipit. Socin. sen. conf. 41, num. 15, & 16, & sub num. 22, vers. Tamen contrarium lib. 4, Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, n. 183, Mantio. de tacit. lib. 2, ambig. lib. 14, tit. 46, sub n. 9, vers. Sed si hypotheca. Rot. in Romana fructuum dotis 10, Junii 1643, prope finem, vers. Sex ex dispositione Juris coram Peutingero. Cujus quidem Sacri Tribunalis licet magna sit auctoritas, dictam tamen resolutionem + dubiam facere videntur tradita per Bald. consil. 268, in fine lib. 5. Negufant. de pignor. 1, membr. 5, part. sub n. 12, vers. Ego autem. Surd. de aliment. privileg. 49, n. 16, fol. 302, Castill. supra cap. 36, §. 5, n. 31, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, tit. 2, qu. 51, num. 18, 19, & 20.

In principali ergo conclusione dum ostenditur etiam pro alimentis, seu fructibus dotis tacitam + legalem dari hypothecam exinde necessario sequitur, quod pro illis etiam contra tertios possessores detur actio, Fontanell. de pact. nupt. claus. 6, gloss. 2, part. 4, nu. 72, tom. 2, Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, n. 170, A Costa de privileg. credit. regul. 3, ampliat. 3, sub n. 14, vers. Quod si contingat. Rot. dicta decis. 398, num. 36, & seq. part. 9, tom. 2, recent. duplicata apud Merlin. de pignor. & hypothec. decis. 119, quicquid per viam disputationis contendat Auctor hic n. 1, & 2, quatenus vult tacitam hypothecam pro alimentis mulieri non competere; ac consequenter nec contra tertios experiri valeat.

Unde opinio nostri Auctoris hic n. 3, subsistere + non potest: nam quod marito quemadmodum & uxori tacta legalis hypotheca competat etiam contra tertios possessores indubitatum renunciant Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, n. 181, Cyriac. dicta contrav. 430, n. 5, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, tit. 3, tit. 2, qu. 51, n. 62.

A nu. 5, usque ad 24, disceptatio versatur circa

legitimam pro qua hypothecam non dari filiis + in hæreditate parentum, sed tantum conditionem ex lege, ex sic personalem actionem post alios concluditur hic nu. 8, Giovagn. consil. 2, nu. 1, & conf. 9, nu. 18, lib. 2, Bottillier. de success. ab intestat. cap. 1. Theorem. 23, sub n. 25, vers. At hic. Cyriac. contrav. 5, num. 159, Joan. Franc. Andr. controvers. 187, n. 4, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, tit. 3, qu. 97, n. 1, Fulgin. de jur. emphyt. tit. de laudem. q. 2, n. 14, Ferentill. ad Buratt. dec. 115, gloss. E. Andr. Censal. decis. Lucen. 35, n. 5, Rot. decis. 9, num. 42, & decis. 290, num. 7, part. 7, & decis. 96, n. 2, part. 9, tom. 1, recent. & in Romana hæreditatis de Fabiis 11, Martii 1644, §. quod autem coram Bichio, & in eadem coram Eminentiss. Othobon. decis. 73, num. 7.

Si tamen legitima filiis in testamento relinquatur, tunc pro ea + competit hypotheca, Giovagn. dicto consil. 2, num. 2, & 3, lib. 2, Buratt. dec. 115, nu. 12, Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, tit. 3, dicta q. 97, n. 5, Rot. coram Eminentissimo Othob. dicta decis. 73, n. 5, & 6. Unde non videtur tata conclusio, Merlin. Pignatell. contrav. 9, num. 20, centur. 2, quatenus vult, quod etiam patre adhuc vivente competat hypotheca filio in bonis paternis pro legitima; nititur enim auctoritate Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 3, q. 1, n. 3, ubi in moderna impressione potius contrarium concludit ex Giurb. de consuet. Messan. p. 1, c. 1, gloss. 3, nu. 66, & c. 4, gloss. 5, n. 6, & 7, fol. 395. Irrefragabili id suadet ratione, quia vivente adhuc patre filius nullum + prorsus competit jus in bonis patris pro eorum legitima. Arias de Mes. var. resolut. lib. 2, cap. 27, sub n. 21, vers. Contrarium tamen. Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 3, qu. 1, n. 1, & 2, & qu. 7, n. 1, Auctor hic num. 14.

Ex lapsu triginta annorum, tam legitima, quam ejus supplementum + præscribitur, ut subjungitur hic n. 22, & 23, Gratian. decis. 4, n. 13, & discept. 807, n. 35, Leoncill. decis. Ferrar. 111, n. 2, Ciardin. contrav. 205, n. 64, & 65, Thomaf. decis. Macerat. 4, nu. 31, Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 3, qu. 10, n. 8, & seq. Cavaler. dec. 256, n. 5, Ludovif. dec. 489, nu. 1, & 23, Mart. Medic. decis. Senen. 6, n. 23, & seq. subdens id sano modo intelligendum quando scilicet præcedentes legitimam non possederunt bona, + ex quibus legitima detrahi debuisset, + nam si possederunt contra ipsos præscriptio nec inchoari potuit, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 92, n. 2.

Præscriptionis exceptionem non objectam, de qua tamen ex actis liquet, + à Judice animadvertendam, ita ut Judex ex officio possit, ac debeat agentem, cui præscriptio obstat, uti actione carentem repellere. Lancelot. Gall. consil. 48, n. 53, Mynsing. observ. 28, n. 2, cent. 3, Mart. Ventur. conf. 45, n. 87, & 88, Hodiern. ad Sard. dec. 2, n. 9, alios cumulat Merlin. Pignatell. contrav. 44, n. 4, cent. 1. Verum tamen quod præscriptio + non obstat a-

genti, nisi de ea in actis expresse opponatur, neque per Judicem suppleri valeat post alios comprobant Surd. decis. 24, num. 1, & 4, Cyriac. contrav. 26, n. 8, & contrav. 307, nu. 7, & controvers. 388, n. 22, Thomaf. decis. Macerat. 44, n. 21. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 128, n. 24, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 3, cap. 1, n. 193, Lanfranc. de salar. qu. 105, n. 43, & seq. Nullam prorsus hypothecam competere pro alimentis filio à Patre + debitis rejecta prius contraria opinione post alios concludit Auctor hic n. 27, vers. Succedit erg. Merlin. Pignat. contrav. 61, n. 5, & seq. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 3, tit. 1, quast. 13